

D. Cyril.

174.

Matth. 19. Sancti quanto magis honorati, tanto prompti ad divina mandata.

Richard.

175. Sancti quanto magis exaltati, tanto profundius cultu in veneratione Dei.

176. Damian. Plal. 109.

Filius honoratus a Patre ad dexteram suam, Patrem maxime honorat.

177.

Apoc. 4.

nem movet inter Angelos, & ex Angelis facit Daemones. At multo auctor Sanctorum turba, ac Angelorum multitudo, seu ut loquitur Chrysostronus. Angelica urbanitas, daemones condemnans, coram Domino altar, ejus majestatem recognoscens, & venerans.

Tertio, & maxime accedendo ad questionem propositam; stantes se nunc exhibent Beati, cum alias Christus Dominus eis dixisset. Sedebitis & vos super sedes duodecim. Matth. 19. n. 28. Si ergo eis paratae sunt sedes a Domino, quomodo hic stant ante thronum? Qui stat, paratum se exhibet ad obediendum circa illud, quod fuerit ei imperatum; Sancti, & si maxime honorati, ac sublimati sunt a Domino, tanto magis se promptos, ac paratos exhibent, ad exequendum, ac savendum, quidquid eis fuerit imperatum. Richardus: Stantes, ait, qui parati sunt divini obedire praeceptis, ante thronum, id est, ante regiam dignitatem divinae maiestatis. Albertus Magnus. In conspectu Agni, id est, hominis Christi, quasi parati ad obediendum.

Quarto, ait Dominus sedebitis vos; pro eorum magna dignitate declaranda: nunc vero apparent stantes ante thronum, quomodo comparatur, quod sedent, & stent ante Dominum? nam qui sedet, non stat; & qui stat, non sedet; quia est tantum sint sublimati a Domino, ut sedent super sedes, tamen cum tanta reverentia, ac veneratione se habent erga Dominum, ut stare, & non sedere videantur: praclarum ingenium & si multum commendetur, ac extollatur: quae tamen urbanitas, ac reverentiae sunt, semper observatae; & nihil, quod venerationis sit, omittit.

Veniat hic verba Petri Damiani superius adducta: Ipse Filius idem quod Pater, sedens nescit, donec de a: ei Pater: Sede a dextris meis. Psalm. 109. numero 1. Sedere ad dexteram, denotat sessionem, & locum illustrissimum, ac maxime honoratum apud homines, ut norant D. Hilarius, D. Augustinus, Incoignatus, & alii, quo innuitur sedes honoratissima a Patre data Filio. Statim versus subdit David: Dominus a dextris tuis. Si Christus Deus ad dexteram Patris sedet, quomodo dicitur, Patrem a dextris ejus esse? consequens est enim; ut si Filius sedet ad dexteram Patris, Pater sit a sinistris illius: quo pacto ergo dicitur, Pater, seu Dominus a dextris tuis? Bruno alibi a me datus: Dicitur in principio, ait, sede a dextris meis; si ipse ad dexteram Patris sedet, quomodo Pater rursus sedet ad dexteram filii: ut aequalis Filio Pater ostendatur. Sic Filius ad dexteram Patris sedet, ut Pater semper sit in eminentissimo, ac excellentissimo loco, prout debita Patri veneratione postulat: non ex eo quod Filius, est ad dexteram. Pater est in inferiori loco, & ad sinistram, sed in excelso & altissimo, ita ut Pater sit aequalis Filio, & Filius aequalis Patri; & sic Filius est ad dexteram Patris, ut Pater semper habeat sibi o: aequalem locum.

Vidit noster Joannes in circuitu sedis Dei, Sedilia viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea: Apocalyp. 4. numero 4. Ecce maxime sublimati apparent seniores, sedentes super thronos, & cum coronis aureis in suis capitibus, nunc fixi manent suis locis, ac sedilibus? minimè, sed

providabant, & mittebant coronas suas ante thronum, ut dicitur ibidem n. 10. imò, & ceciderunt in facies suas; & adoraverunt viventem in sacula saeculorum, ut habetur cap. 5. num. 14. nonne facerat, quod surgerent a suis sedibus, & quod procciderent ante thronum, ac mitterent coronas suas, sed insuper ceciderunt in facies suas? Sancti & seniores, quanto magis se videbant a Deo sublimatos, & exaltatos, tanto magis se agnoscebant adstrictos, ut in ejus adoratione profundè se demitterent. Richardus Victorinus ad cit. c. 5. Apocal. Seniores ceciderunt in facies suas, ait, quia universi Ecclesiae iudices, nequaquam de pralatione sua debent superbiere, sed semet ipsos humiliate, & dignum creatori, ac redemptori Deo, venerationis cultum impenderet.

QUAESTIO XXI.

Quare in hac facta turba omnes Electi vestiti sunt candidis, & albis stolis?

Pulchrè, & eleganti ordine dicitur de his Electis in text. Stantes ante thronum, & in conspectu Agni amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum: In quo nobis datur magnam, & altum documentum; quod virtus nostra incipiat timore quem nobis thronus divinae potestatis, illiusque districtae justitiae, & ejusque praesentiae, ac conspectus ingerit; & quod etiam debemus, mundare conscientiam ab operibus mortuis, & ornare, ac vestire vestibus albis justitiae, puritatis, ac sanctitatis: & tunc tanquam illi sexaginta fortes, qui ambiunt lectulum Salomonis, in praetio Cantic. 3. Domini teneamus gladios in manibus, ut de omnibus vitiis palmarum victoriae habeamus.

Quaestio inquit, quare hi sancti dicuntur amicti stolis albis? De stolis albis, jam dixi supra cap. 6. quaest. 26. Tamea impraesentiarum aliqua sunt notanda. Petrus Faber libro 2. Agnostic. cap. 1. cum existimet, quod hic tantum sit sermo de Martyribus; ait, stolas, vixisse purpureas: nam victores olim stolis albis, & insuper purpureis indubantur.

Tamen communis sententia est, quam tenet D. Ambrosius Alcazar, Pereira, Ribeira, quod haec stola simpliciter erant candida: nam primo, cap. 3. num. 5. promittit Christus vincenti stolas; non purpureas, sed candidas; secundo alluditur ad stolas sacerdotales, quae erant byssinae, & candidae. Tertio, quia in Transfiguratione Christi vestis facta est alba sicut nix, & talis erit vestis servorum ejus. Quarto, quia vestis candida valde apta, & conveniens est Martyribus: nam vestis candida significat, eos pro candida, ac cana fide decertasse usque ad mortem: Deinde, quia vestis candida symbola est victoriae ac triumphi, & ita dicitur Apocal. 3. num. 5. Qui vicerit, vestietur vestimentis albis. Et idem Tertullianus lib. de coron. milit. Lauream Martyrii candidam dicit, & D. Cyprianus serm. de Lapsis ad initium; ait: Adest militum Christi cohors candida, qui persecutionis ferociam turbulentiam, stabili congressione fregerunt.

Apparent

181.

1. Co. 4.

D. Ambr. Nudati pro Christo gloria d' vestimur.

182. Zachar. 3.

Isai. 63.

Exiit se Christus vestimentis gloria, ut nos indueret.

1. Reg. 18.

Petr. Cellen.

183. 1. Co. 8.

D. Chry. Christus assumpsit nostram abiectionem, ut nos sua gloria vestiret.

Theod.

Apparent Sancti in gloria amicti stolis albis, qui in hoc saeculo sitientes, mundi colaphis, plagis caedebantur. 1. Corinth. 4. num. 11. Qui in hoc saeculo denudatur pro Christo, speciosis indutus apparebit in gloria. D. Ambrosius in 2. Cor. cap. 4. Licet, ait, homo exterior videatur corrumpi, interior tamen renovatur de die in diem profuris, fame, siti, plagis, frigore, nuditate, caro corrumpitur; sed anima spe futuri praemii renovatur, quia assiduis tribulationibus purgatur: proficit enim in pressura non interit: ita ut accedentibus tribulationibus, quotidie acquirat ad meritum, id enim quod in praesenti est molen animum, & leve pressura nostra, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis.

Stolis albis vestuntur Sancti in gloria; & tamen de Jesu dicitur Zachariae 3. numero tertio, Jesus erat indutus vestibus sordidis, & de filio Dei ait Isaias 63. numero 3. Quare rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua, sicut calcantium in torculari: Vestimenta calcantium in torculari absque dubio sordida sunt: ecce filius Dei sordidis indumentis dicitur operatus; & nos quomodo vestiti albis speciosissimis apparemus? quid est, Dominus gloriae sordidè induitur, servi autem splendide? non mireris; exit nanque se Dei filius, exiit se vestimentis gloriae suae, ut ipsa cum sordidis sponse suae vestibus commutaret, ad modum magni illius Principis Jonathae in amore Davidis flagrantissimi, qui regias, atque pretiosas vestes cum vilibus illius commutavit. 2. Regum. 18. numero 4. Diligebat enim eum quasi animam suam: nam expoliavit se tunica, qua indutus erat, & dedit eam David, & reliqua vestimenta sua, usque ad gladium, & ad balneum. Non tamen legitur, quod Princeps Jonathas sordida vestimenta David; in se suscepisset, ut illis indueretur. At noster Dominus Princeps Jesus ultra progressus est, non solum nobis dedit vestes gloriae suae, sed etiam nostras sordes in se suscepit, ut pro ipsis splendorem suum impartiret, ut nostra purpura sanguine suo tingeretur. Petrus Cellen, libro de Panib. cap. 2. 1. Sponsus, id est Christus, quia gigas est magnitudine, Sol pulchritudine, &c. Sponsa vero puella aetate, parvula quantitate; Aethiops, sa coloris nigredine, &c. idcirco in thalamo contraxit se, paulo minus minoratus ab Angelis, exiit se vestimentis gloriae, induit se ciliicio, &c. Deinde sponsus refudit in sponsam quicquid in se habet dulcedinis, quicquid honoris, & possessio: denudò mutua vicissitudine, resumit ab ea, quicquid puritatis, quicquid amaritudinis, contumeliae est, & Passiois.

Ait Paulus 2. Corinth. 8. numero. 9. Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Sapienter notat Chrysostronus non fuisse d' eum, ut illius divitiis vos divites essetis, sed ut illius inopia; & quomodo quis divitem se ostendit inopia? est notissima inopia caelestis Principis, quae consistit in eo, quod ipse nudus, gemens in praesepio apparuit, ut hominibus praestaret immortalitatis suae vestes, inde sibi assumit paupertatem humilitatis nostrae. Theodorus hom. de Nativit. Christi habita in append. 5. Concilii Ephesinum cap. 2. Quid ergo, ait, exprobrat Christi humilitatem in Bethlehem? cur paupertatem ducis in medium, ejus lucra non computans? Cur paupertatem in-

dignam dicit Deo, per quem mundus peccate ditatus est? Noli derogare passionibus, per quas impassibilitas nostra generatur. Noli deridere abiectionem, qua tyrannis diabolica est destructa.

QUAESTIO XXII.

Quare manus Sanctorum palmis insignitae apparent?

Valde celebris exitit ab antiquis temporibus solemnibus consuetudo, quod palma symbolum sit virtutis victicis, cujus rei causam prinò assignat Plutarchus in Sympol. quaest. 4. in fin. Quoniam ejus indolis est, ut urgeatibus, opprimentibusque non cedat, sed tunc fortius, ac vehementius assurgit. Secundo, Tertullianus in Apolog. 50. alludens ad palmas nascentes in rupe Vulcani, quae perpetuo ardet, & ibi radices palmae & si ignitis saxis angustatur; tamen florent, & uberes fructus referunt. Tertio, Cardinalis Hugo infra in hac quaestione citandus, notat, quod folia palmae, sunt instar gladii, & pugionis acuta, & acuta, ut revera laedant & pungant tangentem: vera enim victoria per acutos gladios, & pugiones comparavit. Quarto, Plutarchus in Sympol. & ex eo Carolus Palchastus libro 6. de coronis cap. 20. & 21. inquit palmarum longissima esse vita, ac veluti mortis triumphaticae. Quinto, ut idem Auctores habent, perpetuo virore, ac vigore superat caeteras arbores, laurum, oleam, myrtum, quatum arborum foliis cadentibus, alia succedunt, cum ipsa nihil amittat sui. Sexto, ut idem Auctores dicunt, Palma ex se ipsa renascitur, & magno vigore pullulat. Hinc fortè Phoenix suum advenit nomen: nam Palma Graecè Phoenix dicitur, quae cum succa renascitur; locum dedit sive commentio, sive veritati, de quo Plinius libro 13. capite 4. quod avis Phoenix sic dicta, gravato senio, morti proxima, togum odoramentorum lignorum sibi accendit, ex quo rogo, reparata vita renascitur.

Ex quo fit, quod Palma sit egregium virtutis symbolum; nullo enim pondere difficultatum, laborum, ac ærumnarum vincitur, nec recedat agit nec ad vitia inflectitur: inter angustos, ac ignitos laborum lapides floret, nec vigorem, ac vigorem suae alacritatis amittit: sed cum per mortem quodammodo succisa fuerit, tunc maxime revirescit; ac tandem per gladios, & pugiones, triumphum palmam obtinet: & inde palma, tanquam gladios folia refert.

Ex quo colutissime ab antiquissimis temporibus, ut testatur Pausanias in Arcadicis constituta sunt victoribus coronae palmae. Ita Theophrastus cum à Creta rediit apud Delum Apollini agonè instaurasset, coronas palmeas victoribus dedit; & idem Plutarchus in Theseo ait. Ludos eum edidisse ferunt in Delo, ac victores ab illo, tunc primum palmae ramis donatos: Et hoc dicunt exitisse initium talis consuetudinis; ex quo etiam ex Divo Chrysostrono, Virgilio, & aliis testatur Petrus Faber libro 2. Agonist. cap. 25. consuetum fuisse in medio stadii, loco eminentiori, palmarum spectandam in mensa proponi, ut denotaretur, quod quis illam vellet habere, victor

184. Palma symbolum virtutis, ob varias rationes Plutarch.

Terrull.

Hugo.

Plutarch. Car. Pasch.

Palma idem est, ac Phoenix. Plinius.

185. Virtus nullo pondere flexitur, nec fatigatur.

186. Palma victoribus concessitur. Plutarch.

Faber.

1. Reg. 17. Ezech. 41. Qui pro virtute decerit, palmam habet in domo Dei.

187. Laberes in saculo generant palmas in caelo.

Ecclef. 9. Palma unde dicitur.

Cant. 7. Chald.

188. Albertus.

189. D. Greg.

D. Anselm.

Victor sit in domo Dei non verbis, sed operibus.

Luc. 11.

Matth. 25.

D. Chryf.

190. Qui carnem suam crucifigit, Martyri habet insignia.

Victor fieret in studio; sed hoc melius habemus expressum in sacris litteris; proinde & in templo Salomonis 3. Reg. 6. n. 29. & in templo Ezechiel. 41. n. 18. insculptae erant palmarum, quae ingredientibus ostendebant virtutem, & tunc ad monitionem, ut generos pro Deo, & virtute certarent, si palmas victoriae in domo Dei consequi volebant.

Et bene palmae in manibus eorum sunt; quia in manibus in praesenti saeculo fuerunt labores, ibi & in gloria sunt palmae, & praemia. Nullus ergo hic velit stare manibus vacuis, ne & ibi manibus vacuis stare cogatur: sed audiat quilibet Eccel. 9. n. 20. Quodcumque facere potest manus tua, instanter operare. Et bene de palmae in signum partem victoriae in manibus, seu palmis ponuntur, ut sit palma in palmis: nam a simi iudine palmae, seu concavitatis manus, quae in digitos, tanquam in ramos desinit, dicitur palma arbor, nam ad illius instar, ejus cacumen extenditur, & in ramos modo digitorum protenditur. Unde dicitur Cantic. 6. num. 7. Statera tua assimilata est palmae: Chaldaeus inquit: Tempore quo Sacerdotes tui ex eundem manibus in oratione, si milia sunt digiti manuum eorum exenti ramis palmarum.

In manibus sunt palmae Ait Albertus Magn. Et palmae in manibus eorum, per quod nota ut certitudo de premio, quod enim manu habetur, certe possidetur. Quod in manibus habemus, certo tenemus: inde Beatus i habent palmas; id est praemia suae beatitudinis in manu, ut pote de illa certissimi.

Rem sic explicat Divus Gregorius Magnus homilia in Ezechielem. Quid per palmas, ait, nisi praemia victoriae designantur: Ipsae quippe duri vincens solent; illos itaque, qui in certamine Martyrii antiquum hostem vicerunt, & victores in patria gaudent, palmas in manibus habere, est, victorias in operatione tenuisse, cuius operationis palma ibi retribuitur, ubi iam sine certamine gaudebitur. Item habet D. Anselmus Laudunensis palmas habent non in ore, sed in manibus: manus operationem designat, ecce cum palmae in manibus apparent non verbis sed bonis operibus, de virtutibus, ac aliis inimicis triumphum referimus. Ait Christus Dominus. Petite & accipietis, pulsat, & aperietur vobis. Luc. 11. n. 9. At illae quae virgines fatuae, cum pervenissent ad ostium paradisi, clamant: Domine aperi nobis. Matth. 25. n. 11. & tamen non sunt admittae, sed exclusae sunt: verbo nescio, quomodo ergo est istud Christi verbum: Petite, & accipietis, ait Christus, Petite, & accipietis, pulsat, & aperietur vobis. Petitur ore, pulsatur manu, non sufficientia verba, sed insuper requiruntur opera.

Div. Chrysostomus homilia 18. in Matthaeum. Sicut qui pulsar ostium, ait, non tantum voce clamat, sed & manu, sic qui bona opera facit, quasi manu pulsar domum operibus bonis, & quia fatuae virgines solum habuerunt voces: Domine, Domine, aperi nobis, non verò opera, oleum scilicet in lampadibus, inde dictum est eis: nescio vos. Palmae in manibus eorum. Quamvis aliqui has palmas ad sanctos Martyres tantum referant, hoc de omnibus sanctis intelligitur; quia licet per sanguinis effusionem pro Christo non certaverint, tamen cum virtutibus, & concupiscentiis magnam bellum habuerunt; siquidem cum ipsis concupiscentiis carnem suam crucifixerunt.

Sanctus Gregorius citatus. Gestio palmarum in D. Grego manibus, ait, symbolum est victoriae, & triumphum in hostibus superatis, non solum per Christi certamen, sed etiam per cuiuslibet generis tribulationum tolerantiam. Idem docet D. Ambrosius; qui ergo devicit labores, virtus ac cupiditates hujus mundi, hic victor est in caelis.

Egressi filii Israel de mari rubro, venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amarae. Exod. 15. numero 23. postea vero inde profecti subdit textus ibidem numero 27. Erunt autem in Elim filii Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmae. Omnia ex alta, ac suprema ratione fiunt; ut non prius veniant ad fontes aquarum cum palmis, & deinde in Mara; sed e contra accidit; ut prius accedant ad Mara & inde transeant ad fontes aquarum cum palmis; merito, quia ut quis teneat dulcedinem fontium aquarum caelestium, cum vetrici palma triumphi, necesse est ut prius transeat per amara ac amaritudinem hujus saeculi, vincatque aquarum contradictiones hujus mundi; eleganter Sanctus Prosper, 1. part. cap. 38. Post dura exilia, ait, post ariditas eremi, ad maris rubri transitum Dei populam victrix palma suscepit.

De anima sancta decantat divinus Sponsus: Quo est ista que a cendit per desertum sicut virgula fumi? Cantic. 3. num. 6. H. beatus legit: Sicut palma fumi. Virgula fumi nascitur ex ardore ignis, ut notant Expositores, & ipsa experientia ostendit, cursergo anima sancta ascendens in caelum, dicitur virgula fumi, seu palma fumi: rectè tanè, quia ut quis ascendat ad caelestem palmam triumphi, necesse est ut exeat de ardore ignis tribulationum, ac laborum hujus saeculi.

Cantat Regius Vates Psalm. 91. num. 13. Justus, ut palma florebit. Cur porius justum cum palma confert, quam cum lauro vel oliva? nam sicut palma symbolum est victoriae, ita & laurus; cur ergo ad trophaeum Sanctorum indicandum porius assumitur palma quam laurus? pulchram rationem assignat Cardinalis Hugo: Palma, ait, habet folia similia gladio, quia verba Sanctorum acuta, hi sunt gladii anipites in manibus eorum, id est, verba in operibus. Palma habet folia acuta instar gladii: inde justus florebit in domo Domini, palma dicitur, quia ut quis florebit in domo Domini cum victori corona; per gladios, & pugiones debet transire, ut dignus tali corona inveniat.

QUESTIO XXIII.

Quare electi in hac sancta turba magna, ut à malorum tempestate eripiantur, non dicuntur signati ab Angelo, ut filii Israel ex omnibus Tribubus?

IN exordio hujus capituli legis quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terrae, qui tenebant quatuor ventos, ut eorum emissione cuncta terrena vastarent. Ad hos clamat unus Angelus, ut contineant dicent: Nolite nocere terrae, & mari, neque arboribus,

191. Difficultas quaestionis.

tribus, quosque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum; ut à tanta malorum tempestate Antichristi incolumes evadant; & statim additur: Centum quadraginta quatuor milia signati, ex omni Tribu filiorum Israel; quod statim per omnes Tribus magis explicatur: Ex tribu Juda duodecim milia signati; ex Tribu Ruben duodecim milia signati, &c. Si ergo filii Israel per singulas tribus dicuntur signati ut à tanto periculo liberentur; cur etiam electi in hac turba sancta ex omnibus gentibus, & populis, non dicuntur signati ab Angelo, ut inde à tanto discrimine sint custoditi.

Primo, respondeo ad quaestionem, & est communis solutio: quia electi in hac turba magna, non dicuntur signari, sed supponitur; siquidem fuerunt liberi à calamitatibus, ac plagis per quatuor ventos illatis, sicut filii Israel, & ideo supponuntur signati, & non dicuntur expressè, quod colligo ex discrimine, inter hos electos hujus turbae magna, ac filios Israel; quia filii Israel introducuntur, tanquam in via, & ideo signantur ab Angelo, ut ab argenti periculo Antichristi custodiantur; ac electi in hac turba magna, non introducuntur in via, sed jam in patria, amici solis albis, & palmae in manibus eorum, stantes ante thronum, & in conspectu Agni. Et ideo, utpote jam in altiori ordine, non dicuntur, sed supponuntur signati.

Ad morales theses aliam addo rationem; filii Israel ore silentium tenebant, nullum verbum in ore eorum resonabat; at in electis in hac sancta turba, orationis cantus auditur; Palmae in manibus eorum, & clamabant voce magna, dicens salus Deo nostro. Ubi silentium retinetur, impreffo signo ab Angelo, tantummodo malum amovetur: at ubi oratio intervenit; nil aliud ad salutem desideratur; ipsa enim tutamen, & scutum est ab omni damno, irruente; & si in caelo Beati summa securitate fruatur, nullumque ibi periculum imminet, nec aliquis metus sollicitudinem ingerat; tamen ut fiat apertum, quam longè ab orantibus aliqua metus perturbatione differat. Qui tacent, signo Angelico muniantur, ac armantur; qui oratione clamant, palma nobilitantur, ac si ipsa victoria in caelo oratione, ac precibus sit parata. Adest in praesenti patro-nus D. Ambrosius: Palmae, ait, praemia sunt victoriae sanctorum, qui & voce clamare dicuntur: salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.

Postquam Absalon insurrexit contra Patrem suum Davidem, ingressusque esset Jerusalem, convocasse suos ad consilium, & hoc fuit Achitophel, ut ipse cum duodecim milia viro-rum persequeretur nocte illa Davidem, qui cum paucis militibus ingressus erat desertum, quod Consilium reprobat Chusai, ex eo quod David nocte illa: Forsitan nunc latitat in foveis, aut in uno, quo voluerit loco, &c. 2. Reg. 17. num. 9. ac si tunc manibus non possit, capi, ac teneri; sed quamvis David latitaret nocte illa in speluncis, & foveis, cor non debet illum persequi Achitophel cum tanta militum copia; nam ipse solum intendebat, exercitum David fugare, ac dissipare; & inde Davidem reliquere solum, ac solitariam, ut ita facile capi, ac teneri posset; & quamvis ipse David latitaret in foveis, vel non latitaret, facile accidere poterat, ut à tanta multitudine duodecim millium, exercitus David destrueretur, & tunc ipse facile in rui-

nam poterat abire: quid ergo voluit denotare Chusai, quod cum David nocturno tempore latitaret in speluncis capi non poterat, nec ali-quod nocuum capere? sciebat Chusai, ut antiquus socius David quod ipse nocturno tempore ad latibula, ac antra speluncarum se recipiebat, ut precibus Deum oraret, ut notat ibi Carthusianus. Quod ut creditur, ait; ideo dixit Chusai, quoniam David, quando fuit cum aliis temporibus nocturnis in deserto, ut raro consuevit, causa orationis, & compunctionis, se absentare ad tempus atque in suis latibulis Deo vacaret. Cum ergo Chusai intellexeret, quod David nocturno tempore erat in foveis in oratione, inde judicavit, cum capi non posse, nec ejus exercitum destrui à magnis militum copiis: ipsa enim oratio eum custodiebat ab omni periculo, & malo, ut ab omnibus liber evaderet.

Ordinabat David exercitum suum magna militum multitudine in praedium, & ipse parabat, cum eis exire in certamen ut Regis praesentia stimulus esset ad praecelara facinora; tunc univertus populus clamat: Non ex ibi, quia tu unus pro decem millibus computaris: melius est igitur, ut sis nobis in urbe praesidio. 2. Reg. 18. n. 3. quomodo Rex manens in urbe, pro decem millibus praesidium est: quomodo otium Regis pro tantis militum copiis valet? tunc ne haec adulatoriae voces, ut saepe à circumstantibus in auribus Regis strepunt; Minime, sed ex vero ingenio cum multa experientia prodibant, Chaldaeus ibi: Tu potes roborare se, ut nos decem milia. Et nunc bonum est, quod ores pro nobis ex urbe, ad roborandum. Capiunt, ut Rex maneat in civitate vacans orationi, ut suo exercitui sit in fortissimum praesidium, sciebat enim quod plus valet ad debellandas hostiles vires oratio unius justi, quam multi milites armati: & ideo plus esset in praesidium Rex orans, quam pug-nans in praedio cum multis militibus. Unde ait D. Nazianzen. orat. 1. de pace: Pugnantibus manuum extensio innumerabilium copiarum instar erat, oratio trophaea erigens.

Cum Parens Elias ascenderet in caelum clamat Elias: Currus Israel, & auriga ejus. 4. Reg. 2. n. 22. ex Hebraeo legitur: Currus Israel, & militia ejus. Quomodo fieri potest, ut unus homo pauper, ut Elias, qui praeter meloten nihil habebat, esset currus auriga, ac tota militia Israel, ad expugnandas innumerabilium hostium phalanges? Erat Elias unus justus, multum semper orans pro populo, & ejus oratio erat currus, auriga, ac tota militia Israel, ut ipsulum defenderet ab hostibus, eosque destrueret, ac debellaret, Abulensis quaest. 19. Habebant, ait, Eliam, dum inter eos viveret, loco currum, ac militia; quia preces ejus erant sufficientes magis, quam arma, currus, & militia.

Apoc. 7. n. 11. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adoraverunt Deum.

Num. 12. Dicentes: Amen; benedictio, & claritas, & sapientia,

195. Differentia inter tribus, & turbam magnam.

196. Oratio sola valde efficax ad tutamen, & defensionem.

D. Ambr.

197.

2. Reg. 17.

Carthus.

198.

Chaldaeus.

Oratio fortissimum praesidium in bello.

199. 4. Reg. 22. H. b. Oratio innotuit eos defecit.

Abulens.